



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

II. Ablaßbrief des Bischofs Rutger von Brandenburg für das Wunderblut in Belitz, vom 22. August 1247.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

decursibus, piscationibus, molendinis, uivis et inniis, exitibus et redditibus, questis et inquirendis, aliisque appendiciis, quae adhuc dici aut inueni aut nominari possunt, praetitulatae ecclesiae sancti mauricii pro concambio in proprium tradidimus eo tenore, ut eiusdem loci archipraeful de praefato burguardio liberam ad usum ecclesiae sancti mauricii quam uelit potestatem habeat. Et ut haec nostrae auctoritatis traditio ac commutatio nunc et in perpetuum firma perseveret, hanc paginam inde conscriptam manu propria corroborantes sigillo nostro signari iussimus.

Hildibaldus episcopus et cancellarius ad uicem
Willigisi archiepiscopi recognoui.

Signum domini ottonis gloriosissimi imperatoris augusti. Data VI. idus Junii anno dominicae incarnationis DCCCC. XC. VII. Indict. X anno uero tercio ottonis regnantis XIII. Imperii primo. Actum arneburg feliciter amen.

Aus dem Liber privilegiorum S. Mauricii in Magd. fol. 38. 39. im Gef. Kab.-Archive in Berlin.

II. Ablassbrief des Bischofes Nutger von Brandenburg für das Wunderblut in Belitz, vom 22. August 1247.

Rucherus, Dei gratia Brandenburgensis Episcopus, universis Christi fidelibus per Brandenburgensem dioecesim constitutis eternam salutem et veram in Domino charitatem. In turbine raptus Elias in caelum reliquit quod ei ceciderat pallium Heliseo. Refurgens et ascendens Christus in altum a turbine passionis et mortis, pallium suum reliquit Ecclesie sue sancte, sub ipso pallio igitur visitande, sub pallio, quod coenans texuit, quia in coena se operuit jam comedendus, sub pallio, quod est inuisibilis rei uisibile datum signum, sub pallio quod est ineffabile illud sui corporis sacramentum. Verum cum in agro ejusdem Viri Job sint boves arantes et pascentes asinae iuxta illos sunt forsitan non de merito sed de numero filios ecclesie simplicium mentium ac iudicum qui nondum credunt Jesum latibulum suum in tenebris posuisse in sacramentorum latentibus et occultis qui uel dubitando mirantur uel dubitando admirando tantum inhabitatorem sub pallio illius habitos habitare, iis quoniam simpliciter errant et simplicitatem erroris nulla defensione tuentur de multa sua clementia revelat pater carnem et sanguinem crucifixi et robur Christiane fidei sacramentum confirmando. Evenit etiam ut quia tanti sacramenti virtus creditur et credita predicatur, quidam simplices nimis ausi trahunt ipsam sacramenti gratiam in abusum, in abusionem sacrilegam, fortilegam vel aliis modis nefariam et nefandam. Cuius reatus quamquam Dominus dissimulet aut differat ultionem, aperit tamen innocentibus fidei veritatem, sicut in oppido dioecesis nostre Belitz credimus nuper per mirificam Dei gratiam claruisse. Venientibus igitur ad eundem locum proxima die assumptionis S. Marie virginis ad stationem istius ecclesie vel quacunque hora venierint ad venerandum nostre fidei sacramentum corde contritis et ore confessis auctore Domino quadraginta dies de injunctis sibi poenitentis misericorditer relaxamus, Respicientes salvatoris Misericordia studium et merita singulorum de longe venientium secundum deuotionis

verum affectum et impendium facultatis et operam itineris et laboris. Datum Beliz anno Domini MCCXLVII. XI calend. Septembr. Pontificatus nostri anno quinto.

Nach Paul Creusing's Abschrift des jetzt verlorenen Originals, Mss. der königl. Sächs. Bibliothek in Dresden und der Leipziger Rathsbibliothek.

**III. Ablassbrief des Bischofes Conrad von Meissen für die Kirche zu Belitz,
vom 28. Mai 1252.**

Conradus, Dei Gratia Misnensis episcopus, uniuersis Christj fidelibus eternam salutem et veram in Domino caritatem, Quoniam ut ait Apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi etc. — Cum igitur ex feminibus terrenorum coelestia metere possitis, uniuersitatem vestram rogamus, monemus et in remissionem peccatorum vestrorum vobis injungimus, ut ad structuram ecclesie in Belitz pias eleemosynas erogetis. Nos quoque omnipotentis Dei misericordia et nostra auctoritate confisi omnibus, qui ad opus dicte ecclesie suas erogauerunt Eleemosynas propter Deum, XL dies injuncte poenitentiae si vere contriti fuerint et confessi misericorditer relaxamus. Datum Magdeburg. Anno Domini MCCLII. V calend. Janii Pontificatus nostri anno XII.

Aus Paul Creusing's Abschrift des jetzt verlorenen Originals, Mss. der königl. Sächs. Bibl. in Dresden und der Leipz. Rathsbibliothek.

**IV. Ablassbrief des Bischofes Heinrich von Havelberg für die Kirche zu Belitz,
vom 1. Juni 1252.**

Henricus, Dei gratia Havelbergenfis ecclesie Episcopus, fidelibus uniuersis presentem pagellam inspecturis in Christo salutem. Cum inter alias, que peccatorum sunt delinimenta virtutes locum eleemosyne habiliorum obtinent et precipue acceptatum, quia sicut aqua ignem ita eleemosyna extinguit peccatum, eandem omni censemus studio imitandam et quemadmodum nemo liber est a culpa ita per hanc a venia nemo manet alienus. Hinc est, quod in oppido Belitz Brandenburgensis diocesis structura in honorem Domini laudabiliter sit incepta et absque succursu fidelium nequeat consummari, deuotionem vestram rogamus, monemus in Domino, salubriter hortamur, quatenus de bonis uobis a Deo collatis eidem pia caritatis subsidia erogetis, ut per uestram subventionem consummationi Domini operis consuletur et uos per hec et alia bona que conspirante Domino facitis ad eternam mereamini patriam peruenire. Nos vero de Dei omnipotentis et Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi omnibus dicto loco suas eleemosynas secundum quod Deus unicuique inspirauerit porri-